

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2


Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

bus autē sic ait **C**elius libro quarto & capite quarto. Qui uxore inquit ducturus erat ab eo. unde ducēda erat stipulabatur eam in matrimonium ductū iri quid daturus erat: itidē spēdebat daturus is contractus stipulationū sponsonūq; dicebat spōsalia. tū quæ promissa erat spōsa appellabat qui sponsonerat spōsus. Sed si post eas stipulationes uxor nō dabatur aut non ducebatur qui stipulabatur ex sponsonu agebat. hęc ille. Si qd ē qd refert: id est superest trāfiget. i. concordabitur. cōficiet intus. i. post cænā. hoc aut dicit ppter iustā hæreditatis petitionē q̄a Critone fieri poterat ex successione Chrysidis sibi ppinq̄. Interest aut inter trāfigere & pacisci. Nā ut ait Vlpia. qui trāfigit quasi de re dubia & lite incerta neq; finita trāfigit. qui uero paciscit donationis carē certam & idubitātā liberalitate remittit. Vos spectatores ualete discedite cū sanitate. & plaudite. i. congratulamini poetæ qui hęc uobis suo ingenio spectanda prebuit. ego Calliopius recensui. i. recognoui & censuram meam adhibui his scriptis coram recitatis.

AELII Donati Grammatici. Cl. i. sexti. P. Terentii Africi Eunuchum cōmentarium.



Ec masculini generis nomine nūcupata fabula est Eunuchus: & ē palliata Menandri uetus. Quā ille auctor de facto adolescentis q̄ se pro Eunucho deduci

admeretricē passus est: nominauit. Itaq;

ex magna parte motoria ē. Atq; in hac comœdia: q̄ personā parmenonis actor sustinet: primas habet ptes. Secūda sunt chereæ. Tertia adiphædriā spectat. Huius prologus sane est cōcitiator. Nā & obiicit cū aduersantibus: & cōminat in postremū: & accusatorie narrat iniuriā terentio factā: & ad ultimū tumultuose: & cum magna inuidia defendit poetā. Hęc & pthesin & catastrophē ita æquales habet: ut nūq; dicat longiudie operis terentiū delassatū dormitasse. Actus sane iplicatiores sunt in ea: ut q̄ nō facile parum doctis distinguipossint. Ideo quia tenendi spectatoris cā uult poeta noster oēs qnq; actus uelut unū fieri: ne respiret quodāmodo: atq; distincta alicubi continuatiōe succedentium rerum ante aulæa sublata fastidiosus spectator exurgat. Acta plane ludis megalēsisibus. L. postumio. L. cornelio con. ædilibus: id est curam ædium habentibus: et tunc personatis. L. numidio prothino. L. ambiuio turpione. Item modulante Flacco Claudio tibiis dextra & sinistra ob iocularia uel multa permixta grauitate. & acta est tanto successu: ac plausu: atq; suffragio: ut rursus eēt uendita: & agerēt iterum pro noua: proq; ea præcium quod nulli ante ipam fabulam cōtigit octo milibus sestertium numeraret poetæ. prouerbia multa sæpe pronūciata: & cantica sæpe mutatis modis exhibita sunt

nūq; habet: sed suis tm̄ personis utitur in hac terentius: delectat facetiis: prouidet exemplis: & uita hominū paulo mordatius q̄ in cæteris carpsit. Exēpla autē morū hic trina præcipue pponuntur. Urbani. i. parasitici: & militaris. Hęc edita tertium ē: & pronūciata Terentii Eunuchus q̄pe iam adulta cōmendatione poetæ: ac meritis ingenii notioribus populo. Facta autē ex duabus græcis una ē latina. Nam ex Eunucho & colace Menandri fabulis hęc Eunuchus terentiana scripta est: nō sine crimine qd̄ multa in hanc translata sint ex multis poetis latinis: quod totum per prologum purgat atq; defendit.

QUIDO. Acta ludis &c. Hęc comœdia fuit acta. i. recitata. & quod uulgo dicitur lusa ludis. i. in ludis megalēsisibus. i. in honorem magnæ matris deorum celebratis. L. postumio. L. Cornelio merula ædilibus curulibus. i. quo tempore erant ædiles curules. L. ambiuius turpio & L. Attilius Prænestinus. i. de præneſte ciuitate illi actores egere. i. ut dici solet luserunt & comœdiam recitauerunt ac pronūciauerunt uoce & gestu corporis. Prima græca est subaudi Menandri. acta. i. facta. secunda. i. latina. M. Valerio. C. fannio consulibus. i. quo tempore tales erant consules Flaccus claudii filius sup. fecit modos. i. modulatus est siue modulamina fecit musicis instrumentis inter actus duabus tibiis. i. illis instrumentis musicis. dextris. i. grauitatem orationis ostendentibus. Tibias enim adhibebant pares & impares. i. dextras & sinistras. Dextræ sua grauitate seriē comœdiæ orationem pronūciabant. Sinistræ serranæ acuminis lenitate iocum ostendebant. Ergo ubi mixtum cum grauitate iocus esset dextræ sinistræq; adhibebantur.

Argumentum Eunuchi.

Uirgo quædam attica rhodum aduecta est matri Thaidis meretricis dono data. deinde Thais athenas secontulit una cū amatore suo cui mortuo hæres sstituta successit quā Thraso miles miserecepit adamare. Rhodūq; pfectus rerū oīum ignarus iuenit puellā atticā uenū ppositā mortuæ thaidis matre quā Thaidi donaturus emit: reuersusq; athenas. Phedriā cū Thaide cōmerciū habere cōperit: quare indignatus nō prius se donaturū puellā affirmauit q̄ Phedria eicere. Ipa autē Thais puellæ potit undæ cupida ad tps Phedriā eiecit quē postea indignatū lenit ab eoq; obtinuit ut in bidui spaciū rus secederet. qd̄ obediēs Phedria iussit eunuchū: cū puella ex æthiopia deducta p Parmenonē Thaidi dono offerri: qd̄ ut rescit Cherea frater Phedriæ amatorq; puellæ a Thrasone datæ suppositus eunuchi loco Thaidi donatus est. Ea occasiōe stuprata uirgo & mox ciuis & nobilis cognita datur uxor Chereæ. Phedria uero & miles ex rualibus concordēs p parasitum redditi conuiuī amica sine certamine potiūtur. In hac comœdia Terentius delectat facetiis prodest exēplis & uita hominū paulo mordatius q̄ in cæteris carpsit. Exēpla autē morū hic trina præcipue pponunt urbani. i. moris. parasitici & militaris. Hęc edita tertio est & pronūciata Terentii eunuchus q̄pe iam adulta cōmendatiōe poetæ ac meritis ingenii notioribus populo. Facta autē ex duabus græcis una ē latina. Nā ex eunucho & colace menandri fabulis. Hęc eunuchus terentiana scripta est nō